



# **Urkunden-Sammlung zur Geschichte der auswärtigen Verhältnisse der Mark Brandenburg und ihrer Regenten**

...

namentlich in Beziehung auf Anhalt, Bayern, Böhmen, ... und andere  
Länder ; [Urkunden-Sammlung für die Geschichte der auswärtigen  
Verhältnisse]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1843**

CCLIV. Albrecht, Landgraf von Thüringen und Pfalzgraf von Sachsen, so  
wie Otto, Markgraf von Brandenburg und Landsberg, weisen die Bewohner  
der vier Gerichtsbezirke Rötha, Leipzig, Lützen und ...

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56055](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56055)

**CCLIII.** Die Conservatoren des Landfriedens, worunter der Markgraf Otto von Brandenburg, nehmen die Stadt Helmsfädt in den Frieden auf, am 7. August 1291.

Nos Ericus, Dei gratia Sanctae Magdeburgensis Ecclesiae Archiepiscopus, Sifridus eadem gratia Episcopus Hildensheymensis, Otto, eiusdem gratia Brandenburgensis Marchio, Albertus et Wilhelmus, simili gratia Duces de Brunswic, nec non Otto, eadem gratia Comes Alchariae et princeps in Anhalt, ceterique Nobiles et Barones uniuersi, iuratae pacis Conseruatores, Recognoscimus coram omnibus Christi fidelibus, litteris praesentibus publice protestantes, quod honestos viros, Consules et Burgenses uniuersos ciuitatis Helmenstede ipsamque ciuitatem, cum omnibus bonis et rebus eisdem attinentibus, assumpsimus nostrae paci, defensionis pariter et tutelae ita, quod ipsos in omnibus suis causis et negotiis, huiusmodi pacis termino durante, promouere tenebimur efficaciter et tueri. Nihilominus tamen et ipsi simile nobis tenebuntur facere versa vice, vtpote qui se iuramento astrinxerunt paci nobiscum. In hujus rei securitatem majorem et euidentem testimonium, praesentes litteras conscribi iussimus, Sigilli pacis generalis munimine roboratas. Acta sunt haec et data in castris ante Harlingeberge, Anno dominicae incarnationis MCCLXXXI. VII<sup>o</sup>. Idus Augusti.

Nach Scheid, Nachr. vom Adel, Mant. doc. 206.

**CCLIV.** Albrecht, Landgraf von Thüringen und Pfalzgraf von Sachsen, so wie Otto, Markgraf von Brandenburg und Landsberg, weisen die Bewohner der vier Gerichtsbezirke Röttha, Leipzig, Lützen und Marfransfädt nebst der Stadt Leipzig an den Bischof von Merseburg, am 14. November 1291.

Albertus, Dei gratia, Landgravius Thuringiae, Comes Palatinus Saxoniae, Otto, eadem gratia Brandenburgensis et de Landsberg Marchio, uniuersis tam nobilibus, quam aliis, in quatuor sedibus iudiciorum videlicet Rötave, et in sede super fossatum apud Liptzk, et in sede Luzin, et in sede Ransted \*) residentibus seu bona habentibus, salutem et omne bonum. Uniuersitatem vestram nosse volumus per praesentes, quod cum venerabili Domino nostro Heinrico, Merseburgensi Episcopo, placitauimus, quod tam civitas Liptzk, quam quatuor sedes iudiciales, videlicet in fossato ante Liptzk et sedes in Rötave et Ranstede et in Luzin, cum uniuersis hominibus, bonis, liberis et infeudatis, in his quatuor sedibus contentis, esse debent venerabilis Domini nostri Episcopi et Ecclesiae Merseburgensis perpetuo possidendae, Quia reuera cognouimus, quod suum jus in his sedibus iudiciorum iuri omnium, qui sedes easdem impetunt, longe et melius praevalet. Quo circa uniuersitatem vestram studiosius duximus exorandam et exhortandam, quatenus iustitiam intuentes Deum prae oculis habeatis, nostrique perpetui seruitii et promotionis intuitu, homagium faciatis vene-

\*) Röttha. — Leipzig. — Lützen. — Marfransfädt.

rabili Domino Merseburgensi Episcopo, bonaque vestra ab ipso recipiatis, scientes, si in hoc nostris obtemperaveritis precibus et monitis, ita quod praefato Domino nostro tanquam Domino vestro obediveritis, quod tunc statim abnunciamus et renunciamus omni juri et impetitioni, quam hucusque habuimus in sedibus judiciorum memoratis, Volentes adhuc promotioni vestrae omni tempore intendere, tanquam nobismetipsis homagium fecissetis. In praedictorum omnium evidentiam literam nostram apertam \*) vobis mittimus, Sigillorum nostrorum appensione roboratam. Datum Heburck, Anno Domini MCCXCI, quarta feria post diem Brixii. Si vero praefata facere renueritis, tunc vos scire cupimus, quod praefatum Dominum nostrum Episcopum deferere non possumus nec debemus, sed assiltere ei fideliter toto posse.

Nach Pfeifferi Lipsia lib. II, 130. Wilkii Ticemann. App. 96, 97. u. Buchholz a. a. S. 124.

**CCLV.** Herzog Albrecht von Sachsen beurfundet, daß ihn König Wenzel von Böhmen und Markgraf Otto der Lange von Brandenburg gewisse Versprechungen in Ansehung des zu erwählenden Römischen Königs gemacht, und daß er dafür dem erstern in der Wahl beistimmen wolle, am 29. November 1291.

Nos albertus, dei gracia dux Saxonie, angarie et westphalie, comes de Bren, purcravius de Meydeburgh, sacri Romani imperii princeps et marschalcus, ad uniuersorum noticiam tenore presencium volumus peruenire, quod magnifici principes domini wenceslaus Rex Boemie, pincerna, et Otto longus, marchio Brandenburgensis, camerarius eiusdem imperii, qui vna nobiscum et cum aliis imperii principibus in electione Romanorum Regis in imperatorem promouendi obtinent ius et vocem, nobis beniuole promiserunt, quod priusquam ipsi personam aliquam in Regem Romanorum eligent, procurabunt, vt persona illa, que tunc in Regem Romanorum eligenda fuerit, nos certificet et nobis caueat de quatuor milibus marcarum et quingentis marcis argenti puri pragensis ponderis, quod nobis eadem in competentibus terminis exfoluat Rex Romanorum predictus, et si poterunt nostra negotia apud eundem Regem Romanorum quicumque fuerit in melius dirigent. Juxta posse procurabunt etiam ante electionem predictam, quod Rex Romanorum, qui per eos electus fuerit, de octingentis marcis argenti, in quibus apud Thyzmannum lanchrauium pro bonis in oldenburgh, ad mandatum quondam domini Rudolphi Regis Romanorum fideiussimus, nos certificet, nobisque plene caueat de eisdem. Ordinabunt etiam ante electionem eandem, quod quitquid juris per sententiam Regiam contra archiepiscopum et ecclesiam Magdeburgensem obtinuimus, ad illud idem vltius prosequendum Rex Romanorum, qui electus fuerit, nos teneatur iuuare iustitia mediaute. Et ea omnia expressa superius, que pro nobis apud predictum Regem Romanorum nouiter eligendum efficere et procurare promiserunt, si nos ante electionem Regis Romanorum, quod absit, contingat decedere, pro

\*) Wille: aptam. — Die Namen bei Buchholz: Rötham, Röthane, Lüzin, Lutzin, Lipsk, Heburgae.